



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 133. Consilia Valentini Ducis de Bononia occupanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1502.

§. CXXXIII.

*Consilia Valentini Ducis de Bononia  
occupanda.*

Quicq. l. 5.

Ceterum Valentini Dux per fas, nefasque Bononiam occupare constituit, de prospero tamen consilii successu desperabat, nisi Cardinalem de Ambasia sibi arctius devinciret; ergo eundem promissi amplitudine expugnat, pollicitus, se omni ope procuraturum, ut Alexandro VI. e vivis erepto, ipse in summum Pontificem eligeretur, simul tamen eidem insinuabat, eum nunquam nisi sua opera ad hunc honoris apicem conscensurum, idque tam gravi verborum pondere Cardinali proposuit, ut hac de re plene persuasus, Valentini votis cederet. Rex quoque, qui Ministri sui ambitionem firmiter fovebat, Ducis lenocinio captus, a Bentivolii, cui Bononia parebat, amicitia omnino sese removet, ne tamen propterea Bentivolius animo fractus, sua strenue tueri, urbemque defendere prætermisit, cumque sub idem tempus Pandolphus Petruccius Senensem Rempubli-  
cam patriam suam occupasset, sibi vero ob hanc usurpationem extrema quæque mala timeret, ut periculum præveniret, Bentivolium accessit, eidemque novi foederis consilia suggestit, affirmans quod

quod armorum societatem status Eccle-  
 siastici Principes sanxissent, eo fine, ut  
 communi studio adversus Papæ ac Va-  
 lentinii Ducis ejus Filii conatus propriæ  
 salutis invigilarent.

## §. CXXXIV.

*Præcipuorum Italice Procerum con-  
 spiratio in Valentini  
 Ducem.*

Bentivolius cunctis, quæ ab eo peteban-  
 tur, lætus annuit, nomenque suum  
 initæ armorum societati dedit, protinus  
 numerata, quæ ad sustinendas belli ex-  
 pensas præscribatur, pecuniarum sum-  
 ma. Huic quoque foederi accesserunt  
 Paulus Balionius Perusii Princeps, nec-  
 non Liberottus de Firmo; inter ceteros  
 quidem postremi sese foederatis adjunge-  
 bant Ursini, atque Vitellii, qui tamen  
 cunctationis culpam eo ardentiori studio  
 reparabant. Præcipuus hujus conspira-  
 tionis scopus duplex erat, scilicet, ut  
 Ducem Valentinsensem perderent, atque  
 Urbinatis Ducem, ac Camerini Princi-  
 pem vindicarent. Itaque hoc anno sub  
 finem mensis Augusti in unum collecti  
 suos conventus cogebant, atque inter  
 eos decretum, ut Balionius, Liberottus,  
 Ursini, & Vitellii ab Ecclesiastico ex-  
 ercitu, cui imperabant, copias suas re-  
 Hist. Eccles. Tom. XXXI.

*Raynald. ad  
 hunc ann.*

*n. 13.*

*Sabellic.*

*Enn. II. lib. 2.*

*Raph. Volat.*

*lib. 22.*